

N. 11.

A. D. 1269.

(20 gennaio, . . . . .).

<i>Data di luogo</i>	Foggia.
<i>Rogatorio</i>	( <i>manca</i> ).
<i>Descrizione</i>	Gotica, 25 × 20.
<i>Contenuto</i>	Radulfo scrive al vescovo di Castellaneta intorno agli affidati di cui era stato spogliato il Monastero di Conversano ai tempi di Federico II. Ordina che costoro, chiamati dal Baiulo della Provincia o dal Camerario, dichiarassero la loro proprietà. Lo strumento che ne sarebbe derivato fosse mandato a lui. Se il Baiulo o il Camerario si fossero rifiutati, lo strumento sarebbe stato fatto ugualmente sulla fede di quaranta testimoni dati dal Monastero.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

Radulphus miseratione divina Episcopus Albanensis, apostolice sedis legatus Venerabili fratri Episcopo Castellanensi salutem in domino. Dilecte in Christo filie abbatissa (1) et Conventus monasterii S. Benedicti Cupersanensis Cisterciensis ordinis nobis exposuerunt quod quondam Fredericus, olim Romanorum Imperator dictum monasterium ante quam cisterciensis ordinis susciperet instituta, quibusdam hominibus qui affidati vulgari- 5  
 ter appellantur degentibus in civitate Cupersanensi, nec non spectantibus ad idem monasterium iure domini vel quasi, temere spolians occupavit eosdem. Quare dicti Abbatissa et conventus nobis supplicarunt humiliter, ut cum dicti homines sic occupati, ad manus Illustris regis Sicilie deveniret, idemque Rex illos detineat occupatos, ipsos eisdem Abbatisse et conventui restitui iuxta tenorem conventionum habitarum inter Romanam 10  
 ecclesiam et eundem regem in concessione regni Sicilie mandaremus. Cum igitur sedis Apostolica nos inquisitorem sive executorem super huiusmodi restitutionibus duxerit deputandum, fraternitati Vestre auctoritate qua fungimur in hac parte in virtute obedientie mandamus quatinus vocato legitimo Camerario vel procuratore aut Balivis dicti regis, in cuius iurisdictione vel Balivio seu territorio homines predicti consistunt, ad videndum 15  
 iurare testes quos supradicte Abbatissa et Conventus (coram) vobis ad probandum dominium vel proprietatem, seu possessionem hominum predictorum duxerint producendos ac super vocatione huiusmodi facien(da) confici publicum instrumentum, testes predictos recepto prius ab eis iuramento de veritate dicenda, prudenter recipere ac diligenter super dicto dominio vel proprietate seu possessione, nec non de singulis circumstanciis domini 20  
 seu proprietatis aut possessionis et huiusmodi deventionis ac detentionis in presenti et causis predictorum, videlicet loco, tempore auditu, visu, scientia, credulitate, fama et cer-

---

(1) Curioso che nell'originale mancava il *Domina* innanzi l'Abbatissa, e una mano benigna e delicata ha supplito alla poca cortesia del Card. Radolfo.

titudine examinare curetis. Et dicta ipsorum testium secundum probationem eorum integraliter sine qualibet diminutione ac fideliter in scriptis redacta, sub vestro inclusa sigillo,  
25 ad nostram presentiam transmittatis. prefixo partibus termino perentorio competenti, quo cum omnibus munimentis, iuribus et rationibus suis negotium huiusmodi contingentibus per se vel per procuratores idoneos, nostro conspectui se presentent, iuxta dante domino super premissis sententiam recepture. Diem vero prefictionis huiusmodi, nobis per vestras patentes litteras presentium continentes seriem intimantes si predictus camera-  
30 rius seu procurator aut Balivus a vobis citatus legitime noluerit in vestra presentia comparere, vos nihilominus in negotio procedatis eodem, proviso quod testes super premissis a dicta Abbatissa et Conventu producendi quadragenarium numerum non excedant. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam cogatis veritati testimonium peribere.

35 Datum Fogie XIII Kalendas Februarii. Pontificatus domini Clementis pape IIII anno tertio.